

73. Niccolò Sanders a M. A. Graziani.¹

Lovanio, 14 febbraio 1570.

« De rebus Angliae quod querar habeo, quod cum gaudio scribam non habeo. Duo catholici comites et alii nobiles non pauci arma pro causa fidei catholicae sumpserunt hac spe, ut saltem S. St^m illis affuturam non dubitarent. Nec aliud fere praesidium ab ea postulabant quam ut ab obedientia reginae palam absoluti primum eo modo et suis domi et aliis qui foris sunt persuadere possent se non tanquam perduelles, verum tanquam ecclesiae filios arma sumpsisse ». Nulla si fece a Roma. « Interim tamen nos testes sumus, quanta cum diligentia nobiles ex Anglia ad nos miserint, ut scirent tum an Sedes Apostolica quicquam adhuc promulgasset contra reginam, tum an sine illius auctoritate quicquam possent salva conscientia conari ut se ab ista tyrannde liberarent. Quoad primum respondimus nihil esse hic publicatum quod nos sciremus, quoad secundum theologi gravissimi dissenserunt, aliis non dubitantibus, quin absque autoritate apostolica posset defendi catholica religio in iis articulis, qui sunt alioquin notissimi, aliis autem esserentibus, vel necessarium vel tutius esse, ut expectaretur S. Pontificis sententia ». In questa incerta condizione 4000 sono andati in Iscozia ad attendervi la decisione papale. Da tre mesi sono là ed attendono che il papa proceda contro la regina. Molti inglesi li seguiranno.

« Ergo si S. St^{as} tantum inciperet palam agredi hanc causam, optimi quique catholici, qui proculdubio multi sunt et satis potentes, pro fide arma sumerent. Verum si et hoc S. St^{as} attendendum iudicaret, ut quicunque pro catholica fide arma sumerent, ii fundos et agros ecclesiasticos inique acquisitos post poenitentiam legitime actam retinere salva conscientia possent et a restitutione liberari, fallimur, si nota nobilitas (exceptis paucissimis) fidem catholicam non propugnarent. Nihil enim eos perinde retardat ab ea re quam quod timent, ne si obedientia Sedi Apostolicae restituta fuerit, a suis praediis excidere cogantur. Alioquin enim sunt catholici pene omnes, quamquam ad rem suam nimium affecti. Sed quibus merito queas confidere, sunt ex comitibus et baronibus fere 6 aut 7, ex equitibus et aliis nobilibus inferiorum ordinum supra mille. Haeresi autem non nisi 5 aut 6 comitis infecti sunt, reliqua haereticorum multitudo tota constat ex paucis delicatis aulicis et sedentariis opificibus; nam rusticana turba, quae et longe maxima est et sola in telure paeclarissimam opem navat, tota catholica est.

Duo igitur sunt apud vos procuranda. Unum ut Sua St^{as} in reginam Elisabetham aliquid publice moliatur, alterum ut excitet nobiles ad fidem catholicam defendendam ea conditione, ut si eam propugnaverint, poenitentiamque de fundis iniuste partis agant, a restitutione liberentur. Quae duo si fierent, viri prudentissimi indicarent, non modo catholicos ad unum omnes, sed praetera omnes neutros et quosdam etiam ex schismaticis pro catholica fide arma sumpturos ».

¹ Cfr. sopra, p. 410.